# Uigeſimusſeptimus

AEthiopis radix folia habet phlomo ſimilia.magna & multa.& hirſuta ab radice:Caulē qua
drangulū ſcabrum:ſimilem arctio:multis concauum alis:ſemē eruo ſimile cādidum gemi
num:radices numeroſas longas.plenas molles glutinoſas guſtu ſiccæ nigreſcunt durātur
q̄ ut cornua poſſint uideri.præterea in æthiopia naſcuntur.& in ida monte troadis: & in meſſenia.
Colligūtur autumno:ſiccantur in ſole aliquot diebus:ne ſitū ſentiat.Medentur uuluis potæ in uino
albo:iſchiaticis pleureticis.faucibus ſcabris:decocta potu dantur.Sed quæ ex ethiopia uenit:eximia ē
atq; illico prodex.amaranthon ferulacea eſt duoꝝ palmorū altitudine origano ſimilis flore: bulbis
aureis.huius uſtæ nidor urinam cit.uuluamq; purgat:tanto magis inſidentibus. Cauſa nominis nō
hæc ſed quoniā diutiſſime non marceſcit. Aloe Scylle ſimilitudinem habet maior& pinguiorib⁹ fo
liis ex blicuo ſtriata.Caulis eius tener eſt rubens medius:non diſſimilis antherico.Radiceuna ceu pa
lo in terra dimiſſa.graui odore.guſtu amara.Laudatiſſima ex india affertur:ſed naſcitur:& in aſia:nō
tamē ea utuntur:niſi ad uulnera recentibus foliis:mirifice enim conglutinat:uel ſuccu:ob id inturbi
nib⁹ cadorū eā ſerunt ut aizoū maius:Quidā & caulē ante maturitatē ſeminis incidunt ſucci gratia
aliqui & folia mucitur & per ſe lactima adhærēs Ergo pauimentandum ubi ſata ſit cenſēt ut lachria
nō obſorbeatur Fuere qui traderēt in ī iudæa ſuper ieroſolymam metallicā eius naturā:ſed nulla ma
gis improba eſt neq; alia nigrior eſt:aut hūidior.Erit ergo optima pinguis ac nitida rufi coloris fria
bilis : ac iocineris modo coacta.facile liqueſcens:improbanda nigra & dura harenoſa quoq; quæ &
guſtu itelligitur.Gummi adulteratur & acacia.Natura eius ſpiſſare.denſare:& leuiter calfacere. Vſus
in multis & principalis aluū ſoluere:cū pene ſit ſola medicamentorū.quæ per ſe id præſtant.Cōfir-
mat ēt ſtomachū:adeo ut non infeſtet ulla uis contraria:bibitur drahma. Ad ſtomachi uero diſſolu-
tionem in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ:coclears menſura bis terue in die ex interuallis
ut res exigit.Purgationis ēt cauſa plurimū tribus drachmis Efficacior ſi pota ea ſumatur cibus:capil
lū fluētē continet cū uino auſtero capite in ſole contra capillū peruncto.Dolorē capitis ſedat tēpori
bus & fronti impoſita ex aceto & roſaceo. Dilutiorq; infuſa:oculorū uitia omnia ſanari ea conuēit
priuatim prurigines & ſcabiem genarū.item īſignita ac liuida illita eum melle:maxime pontico: tō
ſillas:gingiuas:& omnia ulcera.Sanguinis excreationes ſi modicæ ſint drachmæ pondere ex aqua:
ſi minus ex aceto pota.uulnerū quoque ſanguinem & undecunq; fluentem ſiſtit per ſe uel ex aceto.
Alias etiā eſt uulneribus utiliſſima ad cicatricem perducens:Eadem inſpergitur exulceratis genitali
bus uiroꝝ.condylomatis:rimiſq; ſedis:alias ex uino alias ex paſſo.alias ſicca per ſe.ut exigit mitigā
da curatio.aut coercenda:Hemotroidū quoq; abundantiam leniter ſiſtit.Dyſenteriæ infundit. Et ſi
difficilius concoquantur cibi:bibitur a cœna modico interuallo & in regio morbo tribus obolis ex
aqua Deuorantur pilulæ cū mellis decocto aut reſina terebinthina ad purganda interiora. Digytoꝝ
pterygia tollit.Oculoꝝ medicamentis lauatur:ut quod ſit harenoſiſſimū ſubſidat. Aut torretur in te
ſta:pennaque ſubinde uerſatur:ut poſſit æqualiter torreri. Alcea folia habet ſimilia uerbenacæ quæ
& periſtereon cognominatur:caules tres aut quattuor foliorū plenos:florém roſæ:radices albas cū
plurimū ſexcubitales:obliquas:Naſcitur in pingui ſolo:nec ſicco:uſus radicis ex uīo uel ex aqua dy
ſentericis:aluo cita:& ruptis conuulſis:Alypon cauliculus eſt molli capite nō diſſimilis betæ acre gu
ſtatu ac lentū:mordenſq; uehementer & accedens. Aluū ſoluit in aqua mulſa addito ſale modico.
Minima potio duaꝝ drachmarū:media quattuor maxima ſex:ea purgatione quibus datur e gallina
ceo iure: Alſine:quam quidam myoſoton appellant:naſcitur in lucis.unde & alſine dicta eſt incipit
a media hyeme: Areſcit æſtate:meſtia cā prorepit:muſculoꝝ aures imitatur foliis.Sed aliā docebi-
mus eē quæ iuſtius myoſotis uocetur.Hæc eadem erat quæ Helxinæ:niſi minor miuſq; hirſuta eſſe
in hortis & maxime in parietibus.Cū teritur:odorem cucumis reddit.uſus eius ad collectiones in-
flammationeſq;:Quin emendat omnia quæ Helxine ſed infirmius:epiphoris peculiariter imponit
itē uerēdis:ulceribuſq; cū farinahordeacea.Succus eius auribus īfunditur.andro faces herba eſt alba Lilii.
amara ſine foliis folliculos in cirris habens.& in iis ſemen.naſcitur in maritimis:Hiſtrie maxime:Da Dioſ.
tur hydropicis drachmis duabus tuſa aut decocta in aqua uel aceto uel uino.uehementer eni urinas
cit.Datur & podagris:illiniturq; idē effectus eſt & ſeminis. Androſemō ſiue(ut alii appellauere)aſcy
ron nō abſimile eſt hyperico.de qua diximus.cauliculis maioribus denſioribuſq; & magis rubentib⁹
folia alba rutæ:figura.Semen papaueris nigri.Comæ tritæ ſanguineo ſucco manāt odor ei reſinoſ⁹
Gignitur in uineis.Fere medio autūno effoditur:ſuſpenditurq;.uſus ad purgandā aluū tuſæ cum ſe
mine.potæq; matutino uel a cœna duabus drachmis ī aqua mulſa uel uino uel aqua pura:totius po
tiōis ſextario.trahit bi ē prodeſt iſchiadicis maxime.ſed poſtera die capparis radicē reſinæ permixtā
deuorare oportet drachmæ pondere.iterūq; quatridui interuallo eadē facere :A purgatione āt ipſa
robuſtiores uinū bibere.īfirmiores aquā.īpōit & podagris & ambuſtis & ulnerib⁹ cohibēs ſanguinē